Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 233

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 89.

Cod. CCXXXIII.

2
7.6.

Chartac: 4. Saec: 15.

1. Fol: 1a–67b

Thomae de Haselbach Sermones de 6. operibus misericordiae.

Thomae de Haselbach Sermones de Sex operibus misericordiae. Rubrica praecedit: "Tractatus 6 operum misericordie Egregii domini doctoris M. Thome de Haselpach." Initium primi Sermonis est: "Dominus noster Jesus Xtus cupiens nos invitare ad bona opera pietatis et misericordie." Plerisque adscriptus est annus 1443. Recensentur etiam ab Apfaltrer Saec: I. Script: Univer: sit: Vienn: p: 160.

2. Fol: 73a–207a

Ejusdem Collationes de 7. vitiis capitalib:

Ejusdem collationes, seu tractatus de septem vitiis capitalibus. Rubrica est: "Collacio de 7 viciis capitalibus 1440. Non inibis cum eis fedus neque sociabis conjugia hoc de septem gentibus precipit dominus deut: 7o. cao.! Initium operis est: "Cum hijs diebus apud me ipsum revolverem." In fine addita est rubrica: "Amen deo Sumo patri gracias cujus munificencia hoc opusculum conclusimus Et utinam sibi grate et utiliter proximis ad populum in eo contenta declamassemus, ad honorem et gloriam sui nominis, utilitatem proximorum et meritum proprium, oraciones tamen legencium supplex exposco, exposcimus pro mercede, finitum manu Thome de hazelpach dominica in Ramis palmarum 1442 deo gracias &c. Vide

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 233

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 90.

Apfaltrer: l. c. p. 158.

3. Fol: 207b – 238a

Narcissi Hertz de Prechingen de emptione & vendit: tractat:

Narcissi Hertz de Prechingen Tractatus de contractu emptionis, et venditionis. Rubro prænotatur: "Incipit tractatus magistri Narcissi de contractibus primo de empcione, et vendicione." Incipit: "Agendo de empcione et vendicione rerum." In fine: "Per Egregium virum magistrum Narcissum Sacre theologie professorem Studii Wienn datum ibidem". Non dubito, hunc esse Narcissum Hertz de Prechingen, Theologiæ Baccalaureum, ac bis Universitatis Viennensis Rectorem annis 1423 et 1430. Vide Sorbait Catal: Rect: Univers: Vienn: pagg: 21, et 24.

4. 241a – 251b

Joañ: Gersonii Tract: de diversis diaboliten, tationibus.

Rubrica præcedens dicit: "Opusculum sequens est Reverendi magistri Johannis Gerson Cancellarii Parisiensis de diversis temptationibus et remediis contra pericula ex ipsis iminencia Quod transtulit quidam monachus domus majoris Carthusie de gallico in latinum modo congruenciori addens vel omittens sicut expedire visum sub correccione 2C". Incipit: "Pro humiliando nos sub potenti manu dei". In fine additum explicit tractatus quinquaginta septem temptacionum cum remediis correctus et lectus a quodam magistro parisiensi post translationem cartusiensem de gallico in latinum 2C". Extat idem opus inter Opp: Gersonis curante Dupinio T: III. col: 589 e gallico in latinum

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 233

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 91.

versus ad preces Vener. Patris, Domini Nicolai de Nuremberga, quæ versio a nostra discrepat.

252a

5. Fol 251 – 256b.

Ejusdem Tract: de remediis tentationum.

Ejusdem Tractatus de remediis tentationum Rubrica est: "Secundum XII remedia contra contemptaciones hujus hominis tradita a quodam experto ꝛc." Incipit: "Ad honorem dei dicam." Occurrit etiam in Codd. XLIX n. 1 et CXXII. n: 2. Joañ: Gersoni adscriptus.

6. Fol: 257a – 273b.

Henrici de Hassia Tract: de discretione Spirit:

Henrici de Hassia Cognomento Langenstein, Tractatus de discretione spirituum. Rubrica dicit: "Tractatus M. H. de discrecione spirituum." Fabricius Bibl m: & inf: lat: T. III. p: 217. Henrico de Hassia opus de discretione spirituum adscribit, unde non ambiguus sum, eandem Henricum Magistrum Viennensem litteris M & H designari. Initium operis est: "Sicut in phylosophia motus et operaciones referri consueverunt ad formas."

7. Fol: 277a – 347a.

Joañ: Nider Manuale Confessorum.

Joannis Nider Manuale Confessorum. Absqs inscriptione incipit: "Quoniam juxta beati Gregorii in suo pastorali sententiam regimen animarum est ars arcium." Concluditur opus his verbis: "Et tantum de confessorum eradicione sub compendio dixisse sufficiant." Idem occurrit in Codd: CXII. n. 7. nec non CCVII. n: 11. Unde falli suspicor Codicem Monseensem, qui tractatum de regimine (ni-mirum animarum) ejusdem initii Thomæ de Haselbach adscribit. Vide Sæc: I. Script: Univ: Vienn: pag: 181.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 233

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 92.



8. Fol. 349a–372b.

S. Bernardi Homilia super Joa. 19. Stabat s.

S. Bernardi Homilia super verba Joannis 19: Stabat juxta crucem Jesu mater ejus &c: Rubrica est: "Incipit Omelia devotissimi Bernhardi super ~~ista~~ verbo ut sequitur et scribitur 19 Johannis &c. Initium Homilia est: "Sicut Xiane religionis defectus ex ariditate causatur." Operibus Bernardi /: Mabillon: edit: :/ nec genuinis, nec spuriis accensetur, ingenium, ac stilus a Bernardino longe alienus, et Ignatii Martyris epistola ad Joan: Evangel: spuria frequenter in testem adducitur. Unde mihi persuadere non possum, authorem hujus homilia esse S. Bernardum.

9. Fol. 373a–390a.

Henrici de Hassia de modo ligandi et solvendi Tractatus.

Henrici de Hassia Tractatus de modo ligandi, et solvendi. Incipit: Tibi dabo claves regni celorum. Mathei VI° Verbum hoc cuilibet dicitur confessori". In fine legitur: "Explicit tractatus de modo ligandi et solvendi Magistri Hainrici de hassia pie memorie et est finis". Idem est tractatus, qui in Cod: XLIX. n 2 de confessione, et a Fabricio Bibl: m: & inf: lat: T: III. p: 219. col: 1 de clavibus sacerdotalibus nominatur.

10. Fol. 390b–404a.

Thomae de Haselbach Tract: de casibus excommunicationis.

Thomae de Haselbach Tractatus de casibus excomunicationis. Titulo caret; initium est: "Salvator noster Math: 18 cum dixisset collegio sanctorum apostolorum". In fine subscriptum legitur: "In die cene de,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 233

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 93.

„nunciacio edita per egregium doctorem sa„cre theologie et reverendissimum magistrum thomam de haselpach pro tunc existentem plebanum in perchtolstorff anno domini M° CCCC° XL4°." De eodem opusculo vide Soec: I. Script: Univ: Vienn: p: 157.

Haec excipiunt theses, seu propositio„nes theologicae variorum magistrorum vien„nensium breviter ventilatae.

408a – 451b

Cod. CCXXXIV.

Chartac: 4. Soec: 15. 2 7.7.

1. Fol: 1a – 234a

Vincentii Gruner expositio in officium missae

Vincentii Gruner expositio in Sacrificium Missae. Sine inscriptione incipit proemium: "Reve„rendi patres et domini Cogitanti mihi cre„brius ac diligenti indagine diebus multis ac noctibus in armario mentis mee revolventi quid laboris, quidve utilitatis pro felici in„cremento novelle plantacionis illustrium principum duorum marchionum michsensi„um videlicet alme nostre universitatis lib„censis facere possem". &c. Operis, quod tribus absolvitur libris initium est: "Ad honorem benedicte et individue trinitatis." In cal„ce legitur: "Laudetur Sperigera cum matre sua illibata." Explicit sacre misse offici„um per manus Johannis de Weytra sub an„no domini 1436 in Sexta feria post festum agnetis. Ejusdem operis meminit Braun in Not: Mss: Vol: III. p: 133, quem tamen author fugit.

Vincentius Gruner patria Zwickaviensis

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 233

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27584

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)